

probatur etiam^{f)} per illud, quod legitur^{g)} et notatur XL. di. c. Si papa⁷¹⁾, ubi expresse^{h)} diffiniturⁱ⁾, quod papa a nemine iudicari potest, nisi deviet a fide catholica. Ergo si papa deviat a fide^{k)}, habet superiorem in terris, a quo potest iudicari et per consequens ad ipsum potest^{l)} appellari. Hoc etiam patet per illud, quod^{m)} dicitⁿ⁾ Augustinus in epistula ad Glorium et Eleusiumⁿ⁾ et reliquos Donatistas, ubi de concilio^{o)} pape et collegii cardinalium scribit dicens^{p)} sic^{p)}⁷²⁾: *Quasi non eis adhuc^{q)} dici possit et iustissime dici: Ecce putemus illos episcopos^{r)}, qui Rome iudicaverunt, non^{s)} bonos^{t)} iudices fuisse; restabat^{u)} adhuc plenarium ecclesie universale^{v)} concilium^{w)}, ubi etiam^{x)} cum ipsis iudicibus causa posset^{y)} agitari, ut, si male iudicasse convicti essent, eorum sententie solverentur^{z)}*. Hec Augustinus.

Ex quibus et aliis pluribus^{a)} auctoritatibus, que brevitatis^{b)} causa^{b)}^{o)} dimittuntur, evidenter patet, quod concilium^{d)} universale^{e)} ecclesie catholice, ubi de iure divino agitur sive de fide, maius et^{f)} superius est^{g)} concilio^{h)} pape et cardinalium et ipsum solvit et tollit, si ipsi repugnatⁱ⁾. Cum ergo pro defensione iuris^{k)} imperii, quod est a iure divino, et fidei catholice appellaverimus ad generale concilium^{l)} in loco^{m)} tuto^{m)} et securo congregandum, sequitur, quod appellatio nostra fuit interposita ad superiorem, ad quem legitime potuit appellari.

f) fehlt NpNv

g) habetur V

h) hinter diffinitur Nv

i) definitur G

k) folgt catholica NpV; folgt catholica a fide catholica Nv

l) fehlt G

m) fehlt V

n) Eleuthesium V

o) consilio ENpNv

p) sic dicens NpNv

q) vor iustissime G

r) vor non G

s) ubi E

t) folgt episcopos V

u) restat NpNv

v) universalis G

w) consilium NpNv

x) et G

y) possit G

z) salvarentur G

a) fehlt NpNv

b) causa brevitatis G

c) gratia NpNv

d) consilium NpNv

e) univ[er]se V; univ[er]salis G

f) ut K

g) hinter maius ENpNv

h) consilio NpNv

i) repugnant G

k) folgt et V

l) consilium NpNv

m) tuto loco V

⁷¹⁾ D. 40 c. 6: ... cunctos ipse iudicaturus a nemine est iudicandus nisi deprehendatur a fide devius.

⁷²⁾ Augustinus, ep. 43 c. 7 § 19, ed. A. Goldbacher, CSEL 34, 2 (1898) S. 101.